

3. De hoc Exaltationis statu συζητησιν instituti-  
turi, illud D. Augustini apud animum expendi-  
mus. Non esse quidem fragilitatis nostræ,  
cælorum secreta discutere; at fidei nostræ  
interim esse de Dominici corporis digni-  
tate sublimia & honesta sapere: plenissi-  
mam demum mysterii bujus cognitionem, in bea-  
tis illis cælestis Academiae sedibus consecuturi, ubi  
videbimus Christum sicuti est, & coram intuebi-  
mur gloriam, quæ ipsi data est D E O, I. Ioh. 3.  
2. Ioh. 17, 24.

4. Mysterium hoc scriptura multis. ijsdemque  
valde Emphaticis & significantibus vocabulis, ut  
Glorie, Glorificationis, Clarificationis, Vnctionis.  
Dominij, Majestatis, διωάμεως & ἔχσοιας,  
Exaltationis, ὑπερψύχωσις & similibus ex-  
primit.

5. Quæ vocabula cùm sint in Categoriam πεόστη  
χέσιν & respectum aliquem habent, partim ad  
antegressum ἐκενώσεως humiliationis actum;  
partim ad gloriam & excellentiam tūm sancto-  
rum Angelorum, tūm beatorum Cælitum, præ qui-  
bus omnibus usque adeò Christus eminet, ut nulla  
inter hunc & ipsos proportio sive comparatio insti-  
tui vel possit vel debet: suffragante etiam Epi-  
stola ad Hæbreos c. 1, 13. & c. 2, 5. & 6.

6. Confessio nostra imitata Symbolum Apostoli-  
cum de hoc mysterio hunc in modum differit. Des.

V 3            cendit